

MONSIEUR,

Pour nè point laisser passer d' occasion, qui se présente de vous donner quelques preuves d' une sincère amitié, je prens la bardieſſe de me mettre aujour d' hui au nombre de ceux, qui viennent rendre justice à votre mérite, & en même tems vous féliciter, sur les belles qualitez d' esprit, dont le bon Dieu vous a ſi abondamment favorisé.

La belle diſſertation, que vous allez publier un de ces jours, & dans laquelle vous êtes occupé à montrer l' Ophiolatrie des Payens, eſt d' une telle solidité, qu' elle témoigne ſuffiſamment, que vous, après avoir jetté un heureux fondement à la ſageſſe, n' aviez pas épargné aucune peine de cultiver, d' uſer, & d' entretenir les excellens talents, dont la nature & votre in- diſtried vous ont voulu ornér.

C' eſt donc, cher ami, avec un vrai plaisir, que je me joins à cette heure aux applaudiffemens du public, & vous ſouhaite du fond de mon coeur une recompense, qui puiſſe répondre à vos uſidus travaux & à votre diligence infatigable. Ce ſont les voeux ardens de celui, qui ſe fera un mérite d' etre,

MONSIEUR,

Votre trèsbumble & très obéiſſant
ſerviteur,

GUSTAVE STARCK.

I. N. J. S.
COGITATIONES NONNULLÆ
PHILOSOPHICÆ,

DE
MONARCHIA
DEI
UNIVERSALI,

QUAS,

Suffragante Ampl. Facult. Philos. Reg. Acad.
Aboënsis, ſpecim. loco

PRÆSIDE

D. CAROLO FRID.
MENNANDER,

Hactenus Phil. Naturalis, jam. S. Theol. PROFES.
SORE Reg. & Ord.

Publico bonorum examini ſubmittit
ANDREAS A. BACKMAN,
ALANDUS.

Die III. Mart. Anni MDCCCLIII.
Loco horisque ſolitis.

ABOÆ, Imprefſit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB. MERCKELL.

S:æ R:æ M:tis
Regnique Sveciæ
SUMMÆ FIDEI VIRO,
REGIS REGNIQUE SENATORI,
Celsissimo & Illustrissimo Baroni & DOMINO,
**DN. CAROLO
FRIDERICO
SCHEFFER,**
Subcellii superioris Equiti & Commendatori
Splendidissimo.
MÆCENATI MAXIMO, GRATIOSISSIMO.

Ignoscas, ILLUSTRISSIME DOMINE, supplex oro,
quod a Celsissimo Tuo NOMINE levissimis his pagel-
lis splendorem fæverari ausus fuerim, & levidensi a-
deo literario munusculo Celsa TUA adire limina.
Multæ sane ante oculos obversatæ sunt rationes, qua
hoc institutum meum nimia audacie convincere vide-
bantur.

bantur. Dum enim Excellentiam Tuam pia estimatio-
ne consideravi, eaque, que sublimem illam honoris di-
gnitatisque sedem circumstant, maximi momenti negotia;
dam ex adverso humillimam sortem meam hujusque spe-
ciminis Academicæ tenuitatem perpendi, TE, ILLU-
STRISSIME DOMINE, tot tantisque molibus curarum,
pro publica salute, maximarum, occupatum opella hac
mea interpellare, temeritatem justam indignationem ex-
citatur em ipse judicavi. Inter shem tamen & metum
dubius hæst animus. Certante autem tali modo fiducia
cum metu vicit demum fiducia, & e bivio consilii
pedem illico dimovi, dum cogitavi splendidum illum, quo
sipatus es, virtutum chorum, quem omnes venerantur
boni, & imprimis gratiam illam nunquam satis ce-
lebrandam, quam omnibus, præsertim vero literarum
cultoribus exhibes. Auxit vero hanc mentis fiduciam
animumque confirmavit & erexit singularis illa gra-
tia, qua Patrem meum carissimum nullo non tempore
amplecti gratiissime dignatus es. Hac summa animi
reverentia cogitatione volvens in conspectum TUUM,
Cessissime Domine, prodeo, humillimeque obsecro, digne-
rit lineolas has, quas ad pedes Tuos depono, gratio-
sissime respicere, & clientelæ Tuæ me babere commen-
datissimum. Meum semper, quoque vixero, erit, sum-
mum hujus universi Rectorem pro incolumentate & sem-
piterno Tuo Illustrissimeque Familiæ flore ardentissimis
precibus defatigare.

EXCELLENTIÆ TUÆ

cultor devotissimus,
ANDREAS A. BACKMAN.

Supremi Dicasterii Magni Ducatus Finlandiae
Adsebtori Nobilissimo atque Consultissimo, DOMINO
CAROLO GUST. TOLSTEDT,
PATRONO & Mæcenati MAGNO.

Tempus illud, quo in domo Tua Nobilium Tuorum
Privignorum informationis curam gessi, breve licet ad-
buc sit, dum tamen beneficiorum mibi exhibitorum numerum
ineo. Et magnitudinem perpendo, longum maxime appetit.
Tantam enim a Te, Nobilissime Vir, experitus sum benevolen-
tiam, quantam a Patrono unquam expectare potui optimo.
Id inter alia certissimum TUUM in me benignitatis atque favo-
ris documentum exsicit, quod de informatione ita instituen-
da, ut per eam gloria supremi Numinis Et commodum Reipubli-
ce promoveretur, consilia non solum mibi dare saluberrima band-
sis dignatus; sed etiam omni in easu impotentia mee suc-
currere voluerit. In propriis quoque meis rei literarie curis
multis consiliis Et subsidii mibi adfueri, ut non absq; ratione di-
xero, in Te me habuisse Doctorem perspicacissimum Et diligen-
tissimum, ut liberi Tui in me optime quidem voluntatis sed ex-
iguaram virium informatorem. Per beneficia etiam alia varia
Te Patrem quasi indulgentissimum mibi prebueris. Hae igitur
dum mecum reputavi beneficia Tua, quocunq; me vero, conser-
tissimo agmine mibi occurrentia, necessitatem quandam qualis-
cunq; hujus disputationis Tuo Nomini dedicande mibi im-
posuerunt, Et spes mibi faciunt certissimam, Te, Nobilissime
Domine, faventi has pagellas de Monarchia Dei Universali
rudi licet Minerva elaboratas, Tibi in grata Et humillima men-
tis mea testimonium oblatas excepturum esse vultu, quod quoq;
ut facias humillime oro. De cetero catidissimis uovebo precibus,
velit Deus, Monarcha omnium supremus, Te in Nestoreos annos
fospitem Et florentem servare!

NOBILISSIMI NOMINIS TUI

cultor humillimus,
AND. A. BACKMAN.

VIRO
Amplissimo atque Celeberrimo,
Dn. HENRICO HASSEL,
Eloquentiae in universitate, quaæ Aboæ floret, PROFES-
SORI Regio & Ordinario, Parentis honore perpe-
tuo prosequendo,
MÆCENATI MAGNO.

Π Οδάκις, Ἀνερ πλυμαθέσατε, οὐ ἴμαυτῷ διελογισάμην, τό-
πον τὸ γραφίδιον τότο τὸ ἀπίδανόν Σει ἀνατήσαι τολμή-
σω μετάθημα, ἐπὶ δὲ καὶ εἰ τὸ περιστῶν ἐκ αὐτοσάμην
διακριόμενος, ἢ μὴ πλινθυνόμενος Σε φιλανθρωπίας αναμη-
θεῖς, ηὔ καγώ εἰκαρχοῦ ἐχω σεκριβεσέργει. Όσον
μὲν γὰρ ξεύπον εἰ τῇ Αθών διῆγεν καθ' εκάστη την ἡμέραν
ἐκ αὐτησας τὸ μὲν ἡ διδάσκων τὸ δὲ ἡ περέχων σεαυτῷ τῷ
τούτων σωφροτήτην καὶ τῶν ἐγκειμημάτων ἐπιτρόπου, μᾶλ-
λον δὲ καὶ συμβαλλών πᾶν ὁ, π τὸν εὐκαίτην νέος πρὸς ἀρετὴν ἀ-
ναδρομάν. Πολὺ δὲ ἔργον εἴη, τὸ μέραθρον τῶν ἐοικὸν ἐνεργεστῶν
Σε ἐκδιηγεῖσθαι, ύδε μὴ τὸ Βραχὺ τὸ χριτὸν ἀρκέσαι αὐ δό-
ξει εἴτε τὸ μετρον τῆς ἐπειδής δέξαι. Τέτω γετας ἐχόν-
τας Σε ἵνας πατέρες θεραπέουν καὶ ἐσει Θεραπέουτω, μέρον
ἐκ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς περιφέρει. Διυσχερίσεσθαι τὸ δὲ ἐμὲ
πάντας τῆς γράμμης, ἢ τὸ ἄλιον τῆς συγκέντης ἀναστρέψει. Τί
δε Σε ἀξιον αποίτω διέσει, ἢ χρυσόν, ἢ ἀργυρόν, ἢ χαλκόν,
ἢ ἄλλο π τὰ πιέσταν, αὐ δόσιν πιέσιν ἐπιάθασον οἱ πλέοντες
τῶν ἀνθρώπων. Δέξαι δὲ τὸ ἐνυπαρχόντον τότο εἰ καρτε-
ρόφεις, σπειρόν μὲν τῆς ἀμφὶ τὸ ἐλευθέρεια γράμματα Φρον-
τίδες, πεμψόν δὲ τῆς περὶ πμιλατήν κεφαλήν Σε ὑπερ-
ζέσης μει ἀπεβίας. Τὸ λοιπὸν γύκτα καὶ ἡμέραν ἢ πάντας
μει τῷ Υψίστῳ ὑπὲρ τῆς βεβίας Σε ὑγιας καὶ ἰδαιμονίας
ἰδοκαρδίας ἐπενέσμενος.

AMPLISSIMI NOMINIS TUI

cultor humillimus,
ANDREAS A. BACKMAN

VIRO admodum reverendo atque *praeclarissimo*;

Dn. MATTHIÆ GRUNERO,

Distric*tus Alandiae PRÆPOSITO* adcuratissimo, nec non
PASTORI in Saltwijk dignissimo, Avunculo & Fautori pro-
pensissimo, omni, qua par est, animi reverentia pro-
sequendo, colendo.

VIRO plurimum reverendo atque *praeclarissimo*,

Dn. OLAVO THORIN,

PASTORI in Finstrœm & Gietha vigilantissimo, omni
reverentia suspiciendo.

VIRO Spec*tatissimo*,

Dn. ANDREÆ MANSNERO,

Praetori in Haliko Territoriali pervigili, Avuncu-
lo optimo, omni honore prosequendo.

VIRO perquam reverendo atque *doctissimo*,

Dn. DANIELI LINDQUIST,

Sacellano Ecclesiæ Hammarland laudatissimo, Avuncu-
lo dilectissimo, omni amore & honore prosequendo.

*V*esta in me merita & beneficia, Domini & Fau-
fuerunt, ita perpetuo grata mente erunt agnoscenda,
oportunissimam jam adesse occasionem, qua publice animum
te, etiam atque etiam rogo, basce studiorum meorum pri-
catas atque consecratas volui, & me in soliti Vestri fa-
Monarchæ supremi pro Vestra, Fautores optimi,
get. Permanebo ad extremum
NOMINUM

epitor humillimus ac-
ANDREAS A.

VIRO admodum reverendo atque *praeclarissimo*;

Dn. Mag. CAROLO GUST. HALLMAN,

PASTORI & PRÆPOSITO in Sund & Sundkiär meri-
tissimo, Fautori Optimo, quavis reverentia
colendo.

VIRO plurimum reverendo atque *praeclarissimo*,

Dn. JACOBO SILVANO,

PASTORI in Kumblingœ & Brændœ vigilantissimo, A-
vunculo Optimo, quovis honore prosequendo.

VIRO Spec*tatissimo*,

Dn. DANIELI MANSNERO,

Praetori in Alandia Territoriali pervigili, Avuncu-
lo optimo, omni honore prosequendo.

VIRO perquam reverendo atque *doctissimo*,

Dn. SIMONI SACRELIO,

Sacellano in Kiekar laudatissimo, Avunculo dilectis-
simo, sincero affectu semper colendo.

tores aestimatissimi, uti haud exigua nullo non tempore
Cum autem officiis illa compensare nequeam, magnopere luctor
obstrictissimum licet profiteri. Accipiatis igitur serena fron-
mitias, quas Vobis in gratissimi animi mei tesseram dedi-
voris sinus benigne foreatis. Suspiris indefessis ad aram
incolunitate & longaevitatem mea precatio excubias a-
usque vitae halitum.

VESTRORUM


que observansissimus,
BACKMAN,

VIRO plurimam reverendo atque praeclarissimo,
Dn. ANDREÆ. A. BACKMAN,
Ecclesiarum, quæ Christo in Fœglœ, Kiekar & Sättunga col-
liguntur, PASTORI meritissimo, PATRI ut optimo indulgen-
tissimoque, ita omni filiali honore usque ad cineres honorando,
proseundo.

Tandem advenit, Parens Indulgentissime, tempus sati-
di exspectatum illud, quo specimen studiorum meorum
leviusculum Tibi filiali reverentia offerre licet. Sextus jam
volvitur annus, ex quo heic versati sumus tres interdum.
Et quinque fratrum, quod certe sine magnis Tuis impen-
sis fieri non potuit. Et quamvis sub ultimo bello fere omnia
Tua bona in praedam hosti cesserint, ita ut in haud exi-
gua egestate per longum temporis spatiū vita Tibi degen-
da fuerit, nihil tamen minus tamē progressum in literis
nostrorum gessisti curam, quam a Patre quodam opulentis-
simo expetere quisquam posset. Tu enim, Pater Honora-
tissime, nihil nobis deesse passus es, et si Tibimet Ipse mul-
ta defuerint. Tanta profectō fuere Tua in nos beneficia, ut,
an majora a Parente in filios unquam proficiisci potuerint, am-
biguum habeam. Immensum illud esse video, quod a me hacc
beneficia Tua requirunt. Sed magnopere doleo, praeter piam
memoriae illorum usurpationem & chartaceum hoc munuscu-
lum me nihil babere, quo gratissimum indicem animum. Nihil
enim meum, multa quidem Tua habeo. Accipias tamen, Pa-
rens optime, supplex oro, eadem, qua in me semper usus es
benignitate, hunc humillimae gratissimaq; mentis meae obsidem.
Precibus indefessis supremum Numen implorabo, velit Te, Pa-
rens Indulgentissime, in Nestoreos annos sospitem & incolumem
vegetis servare viribus, in Ecclesiae emolumentum tuorumque
solatium desideratissimum. Ero dum vixero

PARENTIS INDULGENTISSIMI

Filius obedientissimus,
ANDREAS A. BACKMAN.



Bundamentum juris & dominii Dei in
res a se creatas adest in attributis di-
vinis, & primo quidem in bonitate,
unde beneficia omnia in creaturebras pro-
fluxerunt. Hinc etiam D. Paulus,
quando Act. XIV. v. 17. Lystretis ad cultum Dei
vivi convertere voluit, ostendit, ipsius in universos
dominii testimonia luculenta exstare, cum sit *αγαθο-*
τικῶν, & multifaria omnibus contulerit beneficia. Pri-
mum verò beneficiorum jus Dei in creaturebras infe-
rentium est omnium rerum creatio, quæ universa-
lisssimum constituit principium generalissimi in res
universas juris & dominii, cum per hanc a Deo o-
mnia dependeant. Cerebri enim loculos vel leviter
executiens homo, mox existentiam suam, seque mul-
tis perfectionibus, ordini suo congruentibus, orna-
tum animadvertisit. Quæ omnia cum ipse sibi dare
non potuerit, neque ad parentes aut atavos, aut
ullam rem finitam aliam, heic liceat provocare,

A

ab

ab alio infinito, quem Deum & opificem suum compellat, se conditum esse perspicit. Enascitur inde Dei veneratio, cum omnia, quæ possidet, quibusque reliquis animantibus redditur præstantior, & quibus utitur fruiturque, ex mera summi plasmatoris gratia & bonitate emanasse videat. Neque fieri potest, ut solvatur creatura jure, quo conditori suo tenetur obstricta. Nam etiam ea, quæ vel industria sua vel naturali quadam facultate aliquis adquisivit, propria ipsius merito dicuntur, multo itaque magis creatura sui creatoris erit. Nihil itaque invenitur, quod non a Deo dependeret, nihil, quod sui juris esset, cum nihil sit absque creationis beneficio. Hanc vero creationem videmus consequi paternam omnium conservationem, quæ iridem maximam arguit Numinis bonitatem. Sunt etiam beneficia, unde specialius jus Divinum, in solos nimirum homines, derivatur, quorum amplissimum est redemptio, nunquam nisi humillima cum devotione nominanda. Specialissimum denique, quo Deus in fideles gaudet, jus, ex beneficio regenerationis & adoptionis deducitur. Sed cum hæc nonnisi prævia verbi divini face cognoscantur, illius, in quo jam versamur, non sunt fori. Consummatissima Divina sapientia nobis erit porro consideranda, quæ omnia & singula ita condidit, condita exornavit, exornata conservat, conservata dirigit, ut non modo res unaquæque in suo genere sit perfecta, sed etiam singulorum genera, tum seorsim ad ideam cuiuslibet, tum ad

ad harmoniam omnium, sint efformata. Cum itaque & toti universo & speciatim singulis ejus partibus consuluerit & providerit Deus, maxima inde ejus elucet sapientia. Certe omnis, quæ in regno civili rite administrando sapientia requiritur, in Deo, utpote ipsa sapientia, omnisque humanæ fonte & origine, infinita adest. Unde profluxit decorus & concinnus ordo, quo omnia sunt creata, leges sapientissime latæ, & attributis Divinis & humanæ nostræ naturæ quam maxime congruae, iustaque secundum leges has judicia. Porro cum Deo nihil vel æquale vel majus sit, nulla concipi potentia potest, summæ & supremæ huic comparanda, cum omnis alia sit limitata, hæc sola illimitata & infinita. Hac potentia valuit omnia secundum ideas suas e nihilo plane efformare. Neutiquam tamen ea ratione potentiam ingredi juris divini constitutionem volumus, qua voluit Hobbesius, omne nimirum jus regnandi & puniendi a sola potentia irresistibili Deo & cuvis pariter imperanti competere, omnemque ex adverso obligationem ab imbecillitate subjecti profluere (*). Sola namque potentia non concedit jus. Aderit enim in imperaturo justa imperandi potestas, conscientias subjectorum

(*) Sunt, præter hanc Hobbesianam, varie aliae, de principio juris divini in creaturas, sententiae. Ita naturam Dei pro juris hujus principio agnoscendam vult Tvislus. Amyraldus, & cum eo alii, usque in divinam substi-

Eorum valide obligans etiam citra potentiae ostentationem, & necessitas ex reverentia justarum causarum orta, secundum legem imperantis vitam suam componendi. Dum autem, praeter prerogativam & excellentiam naturae, sapientia, bonitas & potentia conjunguntur, & experimento vero in subjectis probantur, tum adest necessitas, illi, unde dependent, obsequium deferendi. Deus itaque supremus rex & moderator omnium est, optimus & sapientissimus, qui statim, creato homine, jus hoc conservatione sibi adserere incepit. In ipso etiam creationis actu, ne exlex esset, aut obligationis sue incisus, legem conscientiae ipsius impressit, validissime eum obligantem & ad obsequium impellentem. Cumque is, qui imperat domino, etiam rebus domini imperet, praesertim dum illas ab ipso imperante per bonitatem & munificentiam ipsius accepit, facile vel hinc apparet, reliquas res creatas omnes in divino esse dominio. Nemo itaque sanæ mentis haec ipsa vel leviter penitus, futurus erit, qui se & sua omnia in Dei esse jure, ære, imperio, patrimonio, peculio, & quicquid esse potest modorum dominii, non liquido animadverteret. De imperio hoc divino in creata universalis agunt praesentes haec pagellæ, quas

sub

tuunt. Cumberlandius legem juris hujus fundamentum venditat, cui, creaturarum intelligentium respectu, delictum insuper & pactum coordinat Arminius, &c. Sed bac omnia excutere nostri non est instituti.

sub seria Divinæ, quæ dirigeret, gratiae imploratione consignavi. Ut vero eas æqui bonique consulas, B. L., per officiose contendeo. Dum autem humi repentes ingenii vires cum tam augusto argumento confero, formido animum occupat, ne scrutator majestatis a gloria opprimar. Faxit itaque ipse Deus T. O. M. ut leves haec cogitationes in summi hujus Monarchæ gloriam tendant! *os di audiuntur*

§. II.

Vocum in titulo opellæ nostræ obvenientium notiones supponimus omnibus cognitas, per monarchiam nimirum intelligi illam regiminis formam, dum majestas penes unum sita est, a quo solo cura & imperium omnium civium pendet, eamque esse appellandam absolutè universalem, dum huic uni in rem omnem, personam & actionem competit illimitata potestas. Quale perfectum, plenum & singulare dominium ad Deum solum, tanquam creatorem, conservatorem & gubernatorem rerum omnium, pertinet. Frustra enim hanc objecti juris divini latitudinem intra novos cogere limites tentavit Hobbesius, dum atheos, qui Deum rectorem omnium rerum esse, & præcepta hominibus dedit, penasque in transgressores statuisse non agnoscunt, pro hostibus non vero subditis Dei habet. Evinci autem facile potest vel ex ipsius hypothesis, nec hos imperio divino subduci posse. Subjicit enim eos potentiae

tentiae divinae irresistibili, quæ cum, juxta ipsum, sit immediatum principium juris Deo competentis, is, qui potentiae subest, juri etiam, ob immediatum horum nexum, subsit oportet. Sint autem athei hostes Dei, vel rebelles potius, sunt tamen & manent nihilominus subditi ejusdem, ipsius juri & imperio obnoxii; tentent vincula rumpere & restringere funes, quibus Deo obligantur, conatus tamen manet irritus, nec voto unquam potentitur. In medio enim etiam inimicorum suorum Deus dominatur. Ps. CX. v. 2. Largiendum quidem est, respetu habito summi & potentissimi imperantis, qui solus, & totius vastissimi hujus imperii, & cujuslibet partis in specie, benignissimam gerit curam, magis paternam heic exhiberi familiam, quam civilem aliquem statum. Interim neque incommodè monarchia dici potest magnum hoc imperium Divinum, aut, si mavis, θεορατια, quo nomine rempublicam Judaicam Josephus compellavit. Solet hoc divinum imperium recentioribus dici civitas Dei, quam non angusto ille sensu accipiunt, quo adhibuit in commentariis de civitate Dei Augustinus, qui solam ecclesiam hoc nomine intellexit, sed augusto & latissimo, ita ut per hanc intelligent societatem entium rationalium tam infiniti quam finitorum, cuius finis gloria Dei infiniti, & finitorum entium felicitas. Monarchiae vero nomine vastissimum hoc & ad omnina se extendens Dei imperium compellat idem Augustinus. Fausto enim, qui impudenter Christianis objec-

objeccerat, quod a gentilibus varia Theologiae suæ capita defumfissent, & ipsam quoq; de unitate Dei doctrinam, hunc in modum responderet: dicitur Faustus, Menarchie opinionem nos ex gentibus non habere, sed gentes non conque ad falsos Deos esse delapsas, ut opinionem emitterent unius veri Dei, ex quo est omnis qualiscunque natura. Libr. XX. contra Faust. c. 19. Facile autem apparet, civitatis ideam personas tantum in societate hac magna directe respicere; hinc nobis, quibus etiam de territorio hujus civitatis & rebus constitutum est agere, conventior & adæquator hæc monarchiae appellatio fuit visa.

§. III.

Existere Deum hujus monarchiae rectorem unicum, omnes perfectiones compositibiles absolute possidentem, adeò alte mentibus humanis est impressum, ut ex ipso interiore mentis dictamine & conscientiae stimulis cuiilibet dispaleseat. Idem ex mundi consideratione extra omne ponitur dubium. In conceptu autem Dei formando ratio hunc fere in modum procedit: Dantur in mundo non nisi mutabilia & contingentia, idque five successiva & se invicem excipientia consideraverimus, q̄brum unum accedit & oritur, altero evanescente & intereunte, five etiam simultanea. Nam licet hæc, qua tempus, durent & reliquis coëxstant, in se tamen variis mutationibus & successionibus sunt obnoxia. Cum

Cum itaque mundus mutabiliter & contingenter in existendo se habeat, ipse existentiae suae in semet rationem sufficientem neutquam complectitur, sed quærendum erit extra illum ens quoddam ab ipso diversum, in quo illam invenire liceat. Hoc autem debet esse ejusmodi, ut non possit non exire, h. e. debet esse absolute necessarium, in se & essentia sua sui ipsis rationem sufficientem habens, & in existendo non indigens vi alterius entis extra se, sed vi propria & abundantia suæ ipsiusmet essentiae existens. Hinc porro fluit, hoc ens a se esse immutabile, vel nulli mutationi obnoxium. Quatenus quippe est absolute necessarium, aliter esse non potest, quam est. Inde etiam consequitur, æternitatem esse Deo tribuendam, ut nec initium, nec finem existendi habeat. Infinitudo quoque Deo competit. Nam si finitus esset, limitibus circumscribi poterit, & consequenter successive alium atque alium statum haberet, h. e. esset mutabilis, quod non fieri posse ex antecedentibus patet. Ex principiis ontologicis porro eluceat, ens infinitum esse absolute perfectum, omnes omnino realitates possidens actu, & ita quidem, ut nullus ibi adsit gradus, quippe qui limites involvit, qui enti infinito minime convenient. Deus itaque, præter alias realitates, sequentes excellentissime possidebit: simplicitatem, omnem, quocunque nomine veniat, compositionem excludentem; intellectum perfectissimum, i. e. tam, qui omnia, quæ sunt, quæque esse possunt, distin-

distinctissime unicoque acti sibi repræsentat; voluntatem eriam perfectissimam, qua res ab intellectu cognitas, pro mensura bonitatis ac maiestatiæ, liberrime appetit vel aversatur; sapientiam, vel scientiam optimis finibus media convenientissima subordinandi; potentiam, omnia possibilia ad actum perducere valentem; justitiam, suum cuique tribuentem; bonitatem, vel studium conferendi aliis entibus perfectiones & felicitatem; sanctitatem, immunitatem ab omni malo. Ipse denique beatitudinem possidet, & ex intuitiva suarum perfectionum cognitione, oblationem summam. O itaque felicem monarchiam, monarcha vere incomparabili gaudentem, qui nullum æqualem agnoscit, nulla realitate possibili caret, nullis fraudibus obnoxius est, & nullius imperfectionis capax vel in decernendo vel agendo!

§. IV.

Territorium civitatis Divinæ cœlos & terram, spatia omnia & immensam rerum universitatem complectitur (*). Cujus licet nobis hominibus angustæ omnino sint ideæ, vel ex iis ra-

B

men

(*) Eleganter hoc, ut solet, exprimit Helvetie sine decus. Paro von Haller, in versuch Schweizerischer Gedichte / p. m. 256.

Der Raum/ und was er fast/ was heut und gestern hat/
Mensch/ Engel/ Körper/ Geist/ ist alles eine Stadt/

men, quæ de corporeo hoc univerlo nobis innottierunt, quæq; inde verosimillima conjectura eruuntur, vastissimum illud esse compareret. Adsum in nostro systemate sol cum sex planetis palmariis & decem secundariis. Stellæ fixæ, quas totidem soles esse recentiores ostenderunt, quarumq; adeo quamlibet suo systemati planetario præfixam esse creditur, nudo oculo visibiles, sunt circiter 2000. Si vero in subsidium adhibeantur telescopia, adeo confertim variis cœli locis comparent, ut ad calculum redigi nequeant. In quatuor gradibus quadratis Orionis quingentas stellas Galilæus numeravit. Si igitur jam, ut imaginationi nostræ succurratur, singuli gradus ccelorum concipientur stellis fixis æque repleti, ac illi in Orione, siue numerus planetarum nostri solis assumatur pro medio, & cuilibet earum totidem tribuantur, stupendus enascitur corporum totalium in univerlo numerus, qui tamen vero multo minor esse potest. Si porro cogitetur spatii, cui hæc vastissima corpora velut lucida puncta innatant, vastitas, novum prodibit magnitudinis territorii divini testimonium. A magnitudine systematis planetarii nostri erit tum ad reliqua ducenda argumentatio. Media terræ nostræ a sole distantia secundum Caslinum 22000. semidiametrorum terræ æstimator. Est vero

Satur-

Du bist ein bürger auch/ sieh selber wie geringe/
Und gleichwohl machst du dich zum Mittelpunct der
Dinge/
Da deine welt doch kaum ein haus der kleinsten ist,

Saturni a sole distantia ad distantiam terræ a sole uti habent se 19 ad 2. Ita diametrum systematis nostri obtainere possumus. Si vero concipientur systemata planetaria reliquarum stellarum fixarum æque magna, erui poterit calculo globi universa hæc systemata continentis stupenda quantitas. Dum porro ab altera parte cogitamus materiæ subtilitatem, plurimi observationibus microscopicis evictam, dum in quotibet atomo mundus quasi integer & series innumerarum partium mutabilium adest, vastissima enascitur idea, in animis nostris, Conditoris horum omnium, potentiae illius, hæc omnia educentis & sustentantis, sapientiae, hæc ordinantis. Ipse globus noster terraqueus, utcunque pusillus evadat globis ceteris comparatus & cœlorum vastitati, cum non sit nisi unius ex illis appendix, & tantilla ejus æstimatio ejusque incolarum fiat, ut vix pro puncto physico haberi queat, ipsa tamen hæc tellus, dum stupendam multitudinem objectorum in omni naturæ regno obviorum cogitamus, omnem nostram concipiendi vim longissime superat. Illud vero circa territorium Divinum deniq; est observandum, quod harmoniam habeat cum civium natura, & regionum in illo indoles exacte respondeat habitatorum moribus, Deo per æternam præcientiam rerum omnium vicissitudines præcipiente, & hæc ita contemperante. E. g. ita, prolapsis in peccandi habitum miseris mortalibus, tantum fecunditati telluris detrahebatur, quantum ad exercendos laboribus homines requiriatur.

B 2

§. V.

§. V.

Quantus sit civium, vel entium facultibus intelligenti & libere volendi gaudentium, ita ut divini imperantis voluntatem cognoscere & officia civilia praestare queant, in imperio hoc magno divino numerus, vel ex sola hominum multitudine colligi aliquatenus poterit. Mortalium una in terra nostra viventium quingentas milliones constituerunt *Struyckius* & *Vossius*, accuratori vero calculo *Ricciolus* & *Schmidius*, duplum ejus, mille nimirum milliones, eruerunt, quorum nova emergens generatio veterem loco trudere singulis triginta tribus annis creditur. Unde colligi poterit, quantum jam fuerit hominum glebam hanc terram inde ab ejus creatione incolentium numerus, quantaque civitatis hujus magna amplitudo, omnes, quotquot unquam fuerunt, humanas respublicas, velut mare guttas, absorbens. Qui enim hinc ad plures abeunt, non prorsus sunt sublati, aut cives hujus imperii esse cessant, nec territorii divini pomoriis egrediuntur, sed ex una ejus parte in aliam transmigrant. Angelos autem, de quorum existentia non nisi conjecturas possidet ratio, dari innumeros, divina testatur pagina, adeoque tantam eorum multitudinem, quae humanum superat captum, quæque immensis cœlorum spatiis, quæ tenent, respondet.

§. VI.

Cum inconveniens & impium foret dicere, Deum, qui

qui tantis gaudet perfectionibus, aliquid absque fine ferre, sequitur omnino, eum finem aliquem mundi productione intendisse. Verat autem summa Dei independencia, quin scopum hunc divinum extra eum, aut in rebus creatis, quippe quæ ut media finis obtinendi sunt concipiendæ, querere liceat; hinc in creando he majestatis rationem habuit, idque intendit, ut gloria ejus manifestaretur, ut infinita ejus attributa rebus etiam finitis patescerent, utque fulgidissimi internæ glorie radii etiam extra finum Deitatis ex-blendescerent. Est hæc perfectionum divinarum manifestatio ultimus creationis finis, ob quem omnes sunt reliqui, & quo fines rei cuiuslibet particulares tendere debent. Quod ostendunt etiam Iustitia illa infinitæ sapientiæ, potentia ac bonitas in rebus creatis obvia documenta. Cave tamen opineris, gloriæ hac divinæ manifestatione perfectiones quasdam novas Deo accedere, vel eas, quæ adsunt, augeri; in se enim est perfectissimus. Iacet autem gloria sua sit Deo finis primarius & ultimus, non tamen est solitarius; placuit enim ipse, militatem quoq; hominis, animalis omnium præstantissimi, respicere, & hunc finem vi bonitatis suæ unquam secundarium observare. Deus itaque illius utilitatem promovere vult, qui gloriam ei exhibendo, fini primario obsecundavit, h. e. esse suum Deo acceptum refert, & actiones ad ejus nutum componit. Fidelis subditus aut servus ab imperante vel domino humano etiam obedientiæ suæ præmia

mia reportat; quanto itaque magis sincerus Numinis cultor a domino infinite bono ea exspectabit? Ita apparet, quinam sint fines sibi invicem subordinati societatis illius magnæ, quæ, ad analogiam humanarum & civilium, inter Deum & rationales creaturas concipitur, gloria nimirum Dei, & membra cujusque felicitas. Prior ille, nimirum summi Numinis gloria, est lex in civitate hac suprema, huic vero proxima rationalium felicitas. Ut enī absque legibus nulla consistere potest societas, ita & hæc iisdem gaudebit.

§. VII.

Sunt equidem leges quoque, ceu dici solent, vel regulæ naturales, secundum quas mundum materialē gubernat Numen, quas tamen evolvere præstituta nobis brevitas non sinit. De differentia, quæ spiritus & corporeas substancialias hoc in negotio intercedit, hunc in modum loquitur *Leibnitius*: *Dieu gouverne les esprits, comme un prince gouverne ses sujets, & même comme un pere a son de ses enfans, au lieu qu' il dispose des autres substances, comme un ingenieur manie ses machines.* Vid. *système nouv. de la nature des substances &c.* Leges vero entibus cogitantibus, in se actionum suarum habentibus principium, præscriptas breviter considerabimus. Sui ipsius finem, qui imperantis Divini est voluntas, rite perpendens homo, mox animadvertisit, naturam

turam suam esse imperantis voluntatem cognoscendi principium, & ipsius cognitionis modum attentam ejusdem considerationem. Dum itaque facultates intelligendi & volendi, quibus præditus est, perpendit, dum intelligit, dari ens excellentissimum cui suam originem debet, cniue, ceu perfeccio domino & imperanti suo, omni cultui & venerationi obligatus est; hinc simul videt, illum esse naturæ suæ ultimum finem, ut perfectiones creatoris ex natura eluentes rite cognoscat, eumque dehinc honoris cultu prosequatur. Sed hunc finem laud quam rite promoveri posse porro animadvertisit, nisi bona & corporis & animi, ordine, quem præstituit sapientissimus creator, debita cura conserventur, quæ animam corpusque perficiunt solicie querantur, quæ verò statum ejus imperfectionem reddunt, avertantur. Eandem verò curam in concivium suorum statum emendandum se conferre debere denique perspicit, quippe hi cum ipso ejusdem sunt indolis & naturæ, similium verò similis est ratio. Tenetur igitur non sui ipsius modo, sed etiam aliorum & totius civitatis omnimodam querere felicitatem. Adeo heic triplex fons legum generaliorum, ex quo plurimæ profluunt specialiores, de quibus consuluntur juris prudentiae naturalis scriptores, & de jure civitatis hujus divinæ proprie agens in libro, *de regimine Dei universali, Cantius*. Præter has vero leges naturales, quas ex attenta rerum consideratione eruit ratio, dari etiam in

in civitate divina alias docet revelatio, cuius possibilitatem ratio concipit, cum nihil impedit, quin dentur veritates illius solo lumine non innoteantes, sed supra sphæram perceptionis humanæ longissime collocatæ, quas tamen, cœi a supremo legislatore proficentes, venerabundo affectu mortales suscipere tenentur.

§. VIII.

Jura majestatica immanentia principalia gradu eminentissimo esse hujus monarchiæ imperanti tribuenda, & in iis jus hoc constituendi leges, indeque fluentem potestatem judiciariam, facile vel ex eo apparet, quod ab ipsius nutu omnia pendant. Et possidet quidem ens supremum pro liberaria & illimitata voluntate leges fanciendi facultatem, nunquam tamen justi limites transgreditur, cum ob bonitatem & attributorum perfectionem tam in legibus condendis, quam omnibus aliis consiliis & operibus, harum perfectionum suarum sequatur regulas; quæ sunt loco legum fundamenta in humanis civitatibus. Hinc entibus ratione præditis & in sui gloriam ipsorumque felicitatem productis tales in actionum normam sancit leges, quæ sapientiæ & bonitati ejus sunt congruae, & fini intento convenientissimæ. Rationi entium intelligentium certam & commodam præstituit normam, cujus observatione ad voluntatis ejus cognitionem

tionem pertingere possunt. Illis etiam spiritibus, quos corporibus organicis vestire voluit, ut artificiosissimam hanc mundi machinam singulari quadam ratione scrutarentur, tales dedit conditiones mechanicas, ut ope sensuum externorum res extra se possicas rite cognoscere, earumque fines indagare queant, sibique mutuo tam dictis quam factis in communem felicitatem opitulari. His mediis debito utens modo ens cogitans liquido animadvertisit, omnia amicissimo nexu ad Numinis gloriam & cogitantium felicitatem conspirare, adeoque Deum in gubernamine civitatis suæ perfectionum suarum regulas sequi, & vi bonitatis omnium civium intendere felicitatem, ut indies ad majorem majoremque perfectionem ascendendo, tandem attributa imperantis maximi, gradu omnium possibilium perfectissimo, intueantur & referant. Suprema potestas judiciaria simul in sapientissima hac gubernatione, velut alterum jus majestaticum, se exerit, dum præmia & pœnae julte distribuuntur, & obedientes cives, qui fini civitatis & sanctissimæ imperantis voluntati conformiter se gerunt, insignibus maestantur prærogativis; qui vero immorigeri sunt, iis priuantur, debitisque afficiuntur pœnis. Jura vero illa principis humani majestarica, quæ transeuntia dici solent, imperfectionem, si enti perfectissimo tribuerentur, importarent. Est in his jus belli & pacis, quod æquales & imperium certa ratione circumscriptum requirit, adeoque imperanti universali & omnino.

mnipotenti ut congruum concipi non potest. In ipso etiam statu naturali, ante omne pactum & factum humanum, ubi supponenda est societas humana universalis, requirit scopus conservandæ societatis divinæ, ne quisquam alterum lædat; adeo ut hic sit pacis status, & a vero multum aberrent illi, qui statum naturalem bellum omnium contra omnes esse volunt.

§. IX.

Ex iis, quæ jam de monarchiæ hujus rectore, fine & gubernamine dicta sunt, patescit, quales hujus civitatis cives esse debeant. Omnes eorum actiones gloriæ divinæ, fini omnium ultimo, congruae esse debent, h. e. cives ipsos oportet esse sanctos, justos &c. Tales in primo rerum principio Deum creaturem omnes produxisse rationales, viribusque instructas, finem creatoris tam rite cognoscendi, quam perfectè promovendi, non revelatio modò distincte docet, sed etiam ratio assequitur; Dei enim sapientia valde indignum judicat, finem intendere, illi vero media convenientia non subordinare. Jam vero aliter se res habet. Flebilis enim est veritas, communii hominum sensu & consensu comprobata, neminem nostrum esse, qui non violaverit naturæ leges, easque multis modis transgrediatur, adeoque omnes homines esse peccatores. Nec vires non peccandi, quæ supponerent exactam cognitionem moralitatis

litis cujuscunque actionis, in nobis amplius repetimus. Multæ enim occurruunt actiones, de quibus nihil certi, num bonæ sint an malæ, statuere possumus. Præter hanc ignorantiam & cæcitatem intellectus noster ingenti præcipititia laborat, ita ut facta saepe decernamus, antequam eorum moralitatem scrutinio subjectimus. Imo, quamvis saepe non ignorremus, hæc facta nostra mala esse, sensibus tamen, voluptati & tædio sensuali affectibusque nostris adeo subjecti sumus, ut his impulsu in prohibita ruamus. Neutiquam vero, ceu jam tetigimus, concreata est hæc leges divinas servandi impotentia. Deus enim ab initio viribus sufficientibus entia rationalia instruxit, gloriam Dei ex operibus cognoscendi, eamque actionibus suis promovendi, adeoque leges naturæ servandi; & motiva insuper homini suppeditavit gravissima, ad observandum leges quascunque sibi latas, hinc nec moraliter peccata Deus permisit. Nulla itaque ratione caussa mali Deo imputari potest, sed homini ipsi, libertate sibi concessa abutenti, ex quo abusu malum, quo homines inquinantur, in actiones eorum liberas irrepit. Deus vero nulla efficacia ad illud quidquam confert, cum malum morale obstet fini a Deo intento, rationemque optimi inturbet, adeoque sanctissimæ ejus voluntati repugnet, qua omnium rerum perfectiones intendit. Hinc nec effective quidquam ad malum confert, aut conservando; non enim sustentat in creaturis nisi perfectiones quæ tales, vel realia; sive concurrendo ad formale actionis,

nisi tantum ad tria materiale, vel agendi vim omnibus actionibus substantem; sive quacunque alia ratione. Permittit quidem Deus, sanctissimas ob rationes, malum fieri, sed hujus permissionis non est illa efficacia, ut, ea supposita, actio contestim sequatur, multo minus illa principii activi vicem subire potest, ita ut actionem vel efficiat vel promoveat. Sed ex adverso Deus impedit peccatum ordinaria & mediata ratione, non volendo, legibus prohibendo, pœnas indicendo & infligendo, cor pulsando & afflatus ad bonum incitando. Ideo vero, quod per omnipotentiam non ponat malo obstacula, causa peccati moralis, nisi impiissime, dici non potest; non enim obligatur ad impedienda mala absoluta hac sua potentia, qua vel peccatorem annihilaret, vel libertatem agendi ipso eriperet.

§. X.

Mala in mundo hec obvia, quæ dici solent, physica in moralibus illis, de quibus haec tenus egimus, rationem suam sufficientem habent, adeoque, perinde ac illa, propriæ hominum culpæ sunt tribuenda. Dum justissimæ & sanctissimæ legi divinæ contraria egerunt homines, felicitate se reddiderunt indignos, reos autem, tanquam rebelles, variis adeoque etiam physicis malis, quæ supremus naturæ Monarcha, legislator & vindicta, in immorigeros non potest non immittere. Est enim hoc conveniens

veniens perfectionibus ipsius, ut per pœnas ob malum actionis immissas auctoritatem suam vindicet, & ostendat, se non esse indifferentem ad observationem vel violationem legis suæ, sed mala quæcumque eum nunquam velle aut posse probare. Unde etiam suprema sapientia talem constituit naturam humana, ut ex variis actionibus malis, e. g. ebriositate & immoderatori libidine, insequantur naturali nexu mala physica. Neque hæc bonitati divinæ contrariantur, cujus exercitium nunquam cum detrimento sapientiæ & justitiæ concipi potest; cum autem his attributis divinis conveniens sit, ut mala moralia patrantes malis physicis affligantur, neque bonitati ejus hæc repugnant, sed cum eadem optimè conciliari possunt. Interviunt itaque non gloriæ modo divinæ promovendæ; sed etiam ad commodum generis humani diriguntur, tollendo impedimenta, ut bona possint habere locum. Respiciunt enim hæc mala puniti emendationem, eandemque promovere possunt, dum labem mali moralis & præteritæ vitæ spatium ei in memoriam revocant, & ad tedium ejusdem cognendum apta sunt. Pone vero, abesse hæc motiva externa, quæ a malis physicis derivantur; certe pro ea, qua laborant homines, maxima corruptione naturæ, segnissimo omnino a peccatis recederent; jam vero mala hæc, quæ nocent, simul manifeste docent, impietatem Deo desplicere, nec impunitam dimitti. Pone, ignavum non premi paupertatis incommodis, libidinosum aut luxu-

luxuriosum non vereri mala varia pravam ipsius vitam inequentia, tum sane vitiorum agmina ubique absque terrore grassarentur, & ipsam societatem humanam non vexarent solum, sed etiam lacerarent. Sana enim ratio, quamvis fœditatem mali moralis aliquatenus videat, etiam si mala physica non existent, tanto tamen minus sufficeret compescendæ hominum malitiae, quanto per experientiam quotidianam certius constat, etiamnum a multis negligi illius dictamina, licet adsint a moralibus propullulantia mala physica. Sed etiam ibi, ubi punici emendationem producere non valent mala physica, bonitatis divinae perhibent testimonium, cum aliorum hominum utilitati consulere queant, & boni inde in probitatis studio confirmentur, cum poenas peccata sequi videant. Crucem quidem multis circa hanc divinæ gubernationis partem fixit, quod improbi soli non sint per hanc vitam intelices, sed saepe maxima florant felicitate; probi vero ex adverso miseriis multis premantur. Sed est malorum physicorum varia differentia. Sunt aliqua universalia, quibus probi pariter ac improbi, diverso tamen respectu, subjacent, a quibus semel constitutis probos illis non dignos, si qui tales adsunt, perpetuis liberare miraculis sapientiae divinæ, raro naturæ leges suspendenti, non congruit. Eadem res est cum calamitatibus illis, quæ contingenter respectu hominis, licet sui rationem in effectibus quibusdam naturalibus habent, eveniunt, quod nimirum & his probi haud raro pre-

premantur, non adeo ut poenis, licet nemo illum probitatis gradum attingat, ut se omnibus malis indignum queat pronuntiare, sed quia nexui causarum naturalium hæc ita implicantur, ut abesse non possint. Agnoverunt ipsi gentiles, malum physicum viam sternere ad majus bonum, cum ob totius harmoniam partium defectus sit necessarius. Hinc *Jamblichus* ea, quæ sunt toti necessaria propter continentium & contentorum perfectionem, partibus interiorim esse, propter partiale inconvenientiam, damnosa pronuntiat. Et *Maximus Tyrius* ea, quæ nos mala vocamus & jacturam, & quibus angimur, hæc vocari a supremo Artifice totius salutem, contendit. Interim hæc mala bonorum respectu non carent bonitate, nec justam subministrant causam, querendi, iniqua sibi a Deo immitti. Ad majus enim peccatorum odium & veri boni desiderium, ad danda etiam in afflictionibus patientiae & probitatis documenta, eos quasi manuducunt. Certè si rite considerata fuerint mala physica, quæ ab actionibus hominum moralibus non pendent, & genuine investigatum, quid pro vero malo haberi debeat, opinione longe pauciora mala physica in hac civitate divina erunt, cum multa errore quodam animi pro talibus habeantur. Alia denique mala physica, quæ nimirum a moralibus per se sequuntur, non feriunt nisi illos, qui hæc ex malitia vel stultitia patrunt. Improborum vero in præsenti vita felicitatem, quodque impuniti saepe dimitti videantur, quod concernit, observandum est, illorum statum non

non esse ita felicem ac vulgo judicatur, divinam quoq; providentiam tardo plerumque gradu hac in vita incedere, & justitiae ejus rigori exercendo in futura genuinum esse locum. Boni autem civis est, tranquillo animo imperium sapientissimi principis intueri, & in perfectissima ejus voluntate acquiescere.

§. XI.

EX illis, quæ breviter attulimus, facile colligi potest, quo pacto differat Monarchia hæc Numinis suprema a qualibet civitate humana. Ex consensu partium mutuo civitates vulgares enascuntur; sed divinæ idea ex ipsa creatione, & obligatione creaturarum, voluntatem suam ad creatoris componendi finem, derivatur. Modus imperii constituendi in civitatibus inferioribus est ultroneus, & imperanti auctoritas ac potentia consensu arbitrioque civium defertur. Sed Deus constitutus est imperans proprio sapientissimo ac liberrimo voluntatis decreto, quo exstirra in tempore voluit entia, in quæ imperium suum iustissimum exerceceret. Cum itaque extra se rationem Majestatis suæ nullam agnoscat, nec ullis imperium ejus est obnoxium mutationibus, sed semper idem, semper immutabile & æternum. Cumque Deus sibi ipse sit sufficientissimus, non eget civium bonis operisque, ut principes humani, sed ipse omnibus omnia largitur; & ut illi sustentantur a suis, ita supremus monarcha omnes suos sustentat, sola beneficij gloria

gloria sibi reservata. Civitates humanæ bellis sæpe vexantur, & per cædes & cruorem subjiciuntur. Sed Deus in monarchia sua longe maxima cives non tubis & rapinis, sed immensis beneficiis, concessa vita pace & bonis omnibus, sibi reddidit obnoxios. Imperantes humani aliquando felicitatem civibus suis, utcumque volentes, conciliare nequeunt. Sed supremus Monarcha perennaturam totius civitatis & singulorum civium felicitatem sua complectitur potentia, adeo ut tanta sit societas hujus perfectio, imperantis Majestas tanta, ut civium nemo pro verè infelici haberi queat, nisi ipse hoc voluerit, & decreta imperantis aspernare in animum sibi induixerit. Leges humanæ sunt, ut homines ipsi, imperfectæ & mutabiles, lex vero divina constans & perfecta, nihil nisi meram fanditatem, justitiam & honestatem sapiens, Monarchæ gloriam & civitatis omnitudinem felicitatem intendens. Leges civiles arbitrariis poenis maniuntur, sed divinæ sæpe naturalibus, quæ amorem nostrum manifeste loquuntur, cum interdicant nobis ejusmodi rebus, quæ admissæ naturali caussarum nexu nos infelices redderent. Qui in civitate humana peccavit, nondum, antequam manifestum sit ejus delictum, & factum punientis principis accedit, infelix est; sed sub divino regimine, peccante creature, suo ipsis facto misera & infelix redditur. In terrenis imperiis fieri potest, ut præmia & existimatio intensiva immerentibus & ineptis dispensentur, sed in divina existimatio intensiva omnis virtuti exactè respondet. Magna & ardua factaque splendida querit & laudat ratio statutus humana, sed divina per humilia ad grandia ire jubet, & de propria sapientia viribusque desperare, quo in capite monarchie omnis fiducia collocetur. Permittit quidem infinita divina sapientia rebellium turbam in medio suo regne grassari, sed simul illos ita cohibet, ut neminem civium possint lædere, nisi ipse jussa imperantis & paternam tutelam parvi faciendo suapte culpa ad perniciem properaverit. Mala physica vidimus non impedire, quin fini suo perfecta sit

divina civitas; & circa mala moralia cavit sapientissimus imperans, ne publica res capiat inde detrimentum.

§. XII.

Monarchiam Divinam unicam esse, eamque longe universalissimam, cui omnia subjiciuntur, in superioribus ostensum est. Humanæ vero civitates varia ratione sunt limitatae. Subjacent imprimis maxime huic divinæ subalternanti civitati tanquam subalternatae, ut collegia urbium, quam inhabitant, sunt obnoxia, & provinciæ regno, cui subjectæ sunt, obsequii vinculo obstringuntur. Nefas itaque illis est atque perditionis crimen pro arbitrio agere, nulla civitatis divinitate habita ratione. Quam etiam a supremo Monarcha dependentiam, quodque ab illo clientelari jure imperia sua habeant, imperantes Christiani, dum se Dei gratia tales constitutos esse in titulis profidentur suis, agnoscent. Ad omnia vidimus extendi divinum imperium; sed nemo unquam regum integro imperavit globo hoc terraquo, qui tamen totus pulvisculum plane est, si cum immensis coeli spatiis & imperii divini vastitate conseratur. Orbis tamen hic noster pusillus in multa divisus est imperia, quorum singula angustis ejus angulis circumscribuntur, constitente hæc ita ob rationes gravissimas sapientia divina. Fuere quidem imperantes, quorum ambitio non plura modo regna, sed etiam orbis plures sibi exoptavit, quique de monarchia quadam universalí vel integrí orbis vel Europæ condenda, vasta agitatunt consilia. Exempli loco esse possunt Hispani, qui quād primum in India ad locum aliquem venerant, hoc fastuosum proposuerunt edictum: *Cacici & Indiani bujas loci; vobis omnibus notum facimus, unum esse Deum, unum Papam & unum regem Castellæ, qui barum rerum est Dominus. Statim accedite, & authoramentum lege clientela inite.* Sed intra vora res substitit, nec nisi in Platonis republica, effectu erit potitura. Universale quoq; ejusmodi imperium ratione modi acquirendi foret iniquum. Nemo enim nobis persuadebit, posse legitimis viis, ut successionis aut electionis jure, adeo vastum

vastum

vastum imperium emergere, sed bello & quidem iniquo, id fieri oporteret. Incommoda etiam plurima inde sequentur, tam respectu principis factæ illius monarchiæ, quam respectu multitudinis civium, linguis animis moribusque diversorum. Nemo tam ample imperio gubernando par esset futurus; nam, ut ait Seneca: *Immodica nungquam regi possunt; nec durat, quicquid regi non potest.* Sed ex adverso modicis rebus longius æcum est; & de republica dici potest, quod de fortuna dicitur: velut tunica, conciannam magis quam longam esse probandum. Nec amplitudine sua diu gaudere posset universale ejusmodi imperium. Hostes enim, quos foris non haberet, domi inveniret, & factionibus atque seditionibus, quas impetrantis vis non valeret coercere, vexaretur & labefactaretur. Jaçerunt quidem varia commoda imprimis Hispanicæ monarchiæ architecti, tempore Caroli V. & philippi II, quæ in universalí monarchia majora essent futura, quam jam sunt inter tot principes regnis divisis. Quorum palmaria essent: una religio, pax inanota vel leviter lacesita, securitas commerciorum, ponderumque mensurarum & numerorum ad æquilitatem reducio. Sed hæc in speciem tantum dissertantur, & venditata illa commoda sunt inania. Religionem enim quod concernit, quamvis sit velum, quod plerumque a dominandi cupidis solet obtendi, non tamen est illa vi & armis propaganda, & unam per orbem terrarum religionem statuere & sperare chiliastrom sapit. Nec pacem immotam sub unius imperio obtineri posse jam vidimus, cum ab intestinis turbis nequitam tuta sit ejusmodi civitas, quod etiam antiqua & nova de magnis imperiis historia abundè docere potest. Commercialium securitas hodie, licet imperiis multis modis divisis, satis floret; ponderum etiam, mensurarum & numerorum æqualitas absque novæ monarchiæ structura haberi posset, & illa, quæ jam in illis obtinet, diversitas facile ad calculos, ita ut commerciis non noceat, redigi potest.

Divino Monarchæ Optimo, maximo, omnium flatori, tutori & fonsipitatori, sit æterna gloria, quæ omnium rerum est

FINIS.

Fågnetum öfver sin K. Broders i sleset framlempna
Academista arbete.

CI twig allmägt liber
At swager tñligr magt
The gräntor öfversteider,
Som han them förelagt;
Tost åretystan mot
Des helga wilja strider
Görstides dock alt thes hot,

To GUD will förestvisa
Then vñg hwar en sal gä,
Och siakade mål them gifwa,
Som skola sversten få:
Men öfvervoldet han
Befalt hos sig förblisva,
Som altings öfverman.

Så bord ei megn'flor föla
Af blott förmänenhet
Sig ur hans sversel fröka
Och röta Gudlighet,
Då the af synda lust
Sichräddigt wilja spöke
Som dock är åska just.

Min Brod, sem härom frissvit
Gibr sig then lön förtrent,
Försoren rundlig gifvit
At them, som sit antent
Bid hollig wett och dogd
Och derwid städigt blisvit
Uti thes wern och flygd.

DANIEL AND. BACKMAN.

Til sin K. Broder,
Att hwad i verldens wida rönd för våra sunken lyser
Ett wittne om GUDs Majestät, des magt och misshet hysit,
Och visar, at han är allen den megtigaste bland alla,
Dendlig ophögd öfver alt, hwad vi här stort plå kalla.
Det säger väl och sundt förenst, frigjordt ifrån inbiskina,
Som renasadt är af mörkt begrep, somt äger ren urskilling.
Men kommer Guda Lärorn til, längst mera vi då finna,
Och förré pröf af magt och näd. Det kan förenst ei hinna.
O Gud! ditt Majestät är stort, all verldelig Theonet hisna
Och falls qrena dig til fot; ty alla krafter wijsa,
Mar dig med allraminsta wiñl din verde wiisa täckes.
Du böjer alt, hwad starkt är ned, din magt vendligt strökkes.
Din misshet och din godhet är ei mindre undans värda;
Ty aldrig kunna detta drup utgrunda alla lärda,
Ja feliswa helge Englar all' förenda här sin fröga.
Wäl den, hvars tro och lydya kan den högste Gud behaga!
En nöttig sol wist denne år, som du, min Brod, omstrifvit,
Och af ditt suisse til ett prof för verlden nu upgfroxit.
Jag tyk's mig redan kunna se den krästs af lager binnas,
Som för din svett och möda shall omkring dit husviod linnas.

ADOLPH A. BACKMAN.

D. D
SPECIMEN ACADEMICUM,
DE

NECESSITATE REVELATIONIS,

QUOD,

Cum consensu Ampliſ. Facult. Philos. Reg. Acad.
Aboënsis,

PRÆSIDE
DOCT. CAROLO FRID.
MENNANDER,

Hactenus Scient. Natur. jam S. Theol. PROFESS:
Reg. & Ord. Reg. Acad. Scient. Svec. Socio,

Publico examini subjicit

GEORGIUS FORSMAN, Carol. Fil.

O. B.

Sacellanus in Lehtea & Vicamus.

Die XII. Maii, Anni MDCLIII.

In Auditorio majori,
horis ante meridiem solitis.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB. MERCKELL.